

Dictum IV. ex Proverb. XIX. 7.

כָּל־אֲחֵי־כֹשׁׁ שְׂנֵאוּהוּ אֶף כִּי מֵרַעֲיוֹ רָחֵק מִפְּנֵי
 מֵרַחֵף אֲמַרִים לֹא־יִפְּוֹ :

Omnes fratres pauperis oderunt eum; quanto magis socii eius elongabunt se ab illo? persequente (paupere sc. amicos suos) verbis, non illi (aderunt vel respondebunt.)

Nota: Vitiosa hic est multorum codicum punctatio qui כל τω apponunt — cum Kametz h. m. כל; corrigenda igitur est e ratione, qua ostensum. Quod tam usus vocis כל, quam accentuum sequela invicte commonstrat. conf. B. Weim. Doctr. Acc. Reg. IV. Sect. 2. membr. 4. (10.)

§. I.



Difficultatem parit in ultimo hemistichio particula נל circello insignita, qui notam indicat Masorethicam. Nimirum Masora magna Lev. II. 21. quindecim loca annotat, in quibus נל, per N nota positum sit pro ל per ei, quibus tria insuper alibi addun.